



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de
Montisfalisci, M.DCC.XVII.**

Index Argumentorum Quæ in Prima Parte Operis continentur In Canones
de Jurepatronatus desumptos ex Decreto Gratiani XVI. quæst. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72191](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72191)

I N D E X A R G U M E N T O R U M

Quæ in Prima Parte Operis continentur

In Canones de Jurepatronatus desumptos
ex Decreto Gratiani XVI. quæst. VII.

C O M M E N T A R I A

Pars Prima

C A N O N I., & II.

C A S U S I.

ARGUMENTUM.



Qui, & quot honores, seu præminentie competant Patrono in Ecclesia Patronali? pag. 5.

C A S U S II.

ARGUMENTUM.

- 2 Fundans Ecclesiam non acquirit jus sepulturæ, nisi illud expressè reservaverit in limine foundationis, nec defuncto Patrono absque electione sepulturæ Ecclesia Patronalis potest prætere tendere jus tumulandi illius cadaver. pag. 8.

C A N O N III.

C A S U S I.

ARGUMENTUM.

- 6 **D**e requisitis necessariis, ad hoc ut Ecclesia teneatur præstare alimenta Patrono. pag. 17.

C A S U S II.

ARGUMENTUM.

- 7 Patrono egeno debentur alimenta non deducis necessariis pro vi-

C A S U S III.

ARGUMENTUM.

Tradens fundum in Emphyteusim, pro ædificanda Ecclesia, reservato sibi certo Canone annuatim non acquirit Juspatronatus in illa. pag. 12.

C A S U S IV.

ARGUMENTUM.

- 4 Ædificata Ecclesia in fundo, incio Proprietario, an hic acquirat in illa Juspatronatus ratione fundi? pag. 12.

C A S U S V.

ARGUMENTUM.

- 5 Episcopus tradens fundum suæ Ecclesiæ pro ædificando ibi Monasterio, an acquirat in illo Juspatronatus? pag. 13.

Isti Canones concedunt Fundanti Ecclesiam jus processionis.

Iste Canon cõcedit Dotanti Ecclesiam jus alimentorum in casu inopie

ctu Rectoris, quando hic habet aliunde vivere de aliis beneficiis. pag. 18.

C A S U S III.

ARGUMENTUM.

- 8 An Patrono extraneo debeantur alimenta in casu inopie; Et quid si Patronus sit persona ficta, nempe

* 2 Com-

I N D E X

Communitas, aut Collegium?
pag. 18.

C A S U S IV.

A R G U M E N T U M.

9 Si ex tribus Patronis Ecclesiæ unus vergat ad inopiam, an huic debeantur pro alimentis omnes fructus superflui, & superextantes Ecclesiæ Patronalis. pag. 25.

C A S U S V.

A R G U M E N T U M.

10 Defuncto uno ex tribus Patronis egenis, an portio ei assignata pro alimentis sit æqualiter inter superstites dividenda? pag. 33.

C A S U S VI.

A R G U M E N T U M.

11 Fundator an possit dotare Ecclesiam de bonis emphyteuticis? pag. 34.

C A S U S VII.

A R G U M E N T U M.

12 Tradens pro dote Ecclesiæ Paro-

chialis quædam bona insufficientia pro sustentatione Rectoris non acquirit juspatronatus, sed si alius suppleat defectum dotis,ambo infolidum erunt Patroni. pag. 38.

C A S U S VIII.

A R G U M E N T U M.

13 An minor possit dotare Ecclesiam sine decreto Judicis; Et an in relictis ad pias Causas sint servandæ solemnitates juris Civilis. pag. 40.

C A S U S IX.

A R G U M E N T U M.

14 Ex ditatione non acquiritur Juspatronatus, seu jus alimentorum. pag. 51.

C A S U S X.

A R G U M E N T U M.

15 De requisitis necessariis ad acquirendum Juspatronatus ex redotatione pag. 52.

C A N O N IV.

C A S U S I.

A R G U M E N T U M.

16 **M**Uruarius impendens operas ab- que mercede in constructione Ecclesiæ acquirit Juspatronatus. pag. 56.

C A S U S II.

A R G U M E N T U M.

17 Non ab incipiente, sed à perficiente construere Ecclesiam acquiritur Juspatronatus. pag. 56.

C A S U S III.

A R G U M E N T U M.

18 Ex reædificatione Ecclesiæ acquiritur Juspatronatus, dummodo concurrant requisita, de quibus in corpore. pag. 57.

C A S U S IV.

A R G U M E N T U M.

19 Si Ecclesia destructa sit alibi reædificata, an Patronus primæ Ecclesiæ sit etiam Patronus secundæ, & an

dismembrari, & erigi possit nova Ecclesia, aut Oratorium in præjudicium alterius Ecclesiæ Parochialis. pag. 59.

C A S U S V.

A R G U M E N T U M.

20 Destructa Ecclesia à Rectore an Patronus possit repetere ab ipso dotem, Iconem, Calices, paramenta, candelabra, & alia ornamenta, & Sacra suppellectilia propriæ Cappellæ Patronalis in dicta Ecclesia existentis. pag. 78.

C A S U S VI.

A R G U M E N T U M.

21 An Patronus habeat jus prohibendi, nè ab aliis pulsentur Campanæ Ecclesiæ Patronalis, & Jus eligendi Campanarium, necnon retinendi claves; Et an in dismembratione, alienatione, ac permutatione bonorum Ecclesiæ Patronalis, requiratur consensus Patroni? pag. 84.

CASUS

*Iste Canon cõcedit constru-
enti Ecclesiam
jus eam defen-
dendi.*

ARGUMENTORUM.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

- 22 Patronus an possit prohibere, ne ab alio ponatur scamnum, aut sedile, nè introducatur Confraternitas, & nè apponantur insignia, & arma in propria Ecclesia Patronali? pag. 89.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

- 23 Patronus an habeat Jus prohibendi, nè ab aliis excaventur Sepulchra in Ecclesia Patronali? pag. 93.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

- 24 Parochus an possit exercere in Ecclesia Patronali Jura, seu functiones tam Parochiales, quàm non Parochiales ad sui libitum invito Patrono, vel potius exercitium functionum non Parochialium spectet ad Rectorem Ecclesie Patronalis; Electio Diaconi, & Subdiaconi pro celebratione Missae solemniss in Ecclesia Patronali, ad quem spectet? pag. 96.

CASUS X.

ARGUMENTUM.

- 25 An Patronus pro defensione Ecclesie Patronalis teneatur litem su-

stinere propriis expensis, seu potius ex redditibus Ecclesie, & in casu succumbentiae, an teneatur ad refectionem expensarum ipse, vel potius Ecclesia? Et an Rectores Ecclesiarum de Jurepatronatus possint inire confederationem inter se pro sustinendis litibus, actuendis juribus earumdem Ecclesiarum? pag. 110.

CASUS XI.

ARGUMENTUM.

- 26 Rector Ecclesie Patronalis, si deficiat in reparatione Ecclesie minantis ruinam, si damnificet, dissipet, & dilapidet bona Ecclesie, an Patronus possit instare in judicio pro condemnatione ejusdem Rectoris ad damna, & ad alias poenas à jure statutas? pag. 119.

CASUS XII.

ARGUMENTUM.

- 27 Mulier ex fundatione, dotatione, aut constructione Ecclesie potest acquirere Juspatronatus? pag. 125.

CASUS XIII.

ARGUMENTUM.

- 28 Judæus, Paganus, Infidelis, Hæreticus, illegitimus, an possint acquirere Juspatronatus, & per quod delictum hoc amittatur. pag. 126.

CANON V.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

- 29 An, & quando Patronus possit constituere Procuratorem ad presentandum? pag. 131.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

- 30 Ad effectum presentandi non sufficit, quod Procurator exhibeat mandatum procurae intrà terminum juris, nisi intrà eundem terminum reducat illud ad actum. pag. 132.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

- 31 Ingrediente Patrono Religionem, & ibi solemniter profitente, an Religio possit obtinere, & exercere Juspatronatus ex persona Patroni professi, ei competens jure sanguinis, & quatenus possit exercere Juspatronatus, an Superior Religionis, aut Monasterii possit presentare absque consensu Capituli, seu aliorum Religiosorum ejusdem Monasterii? pag. 139.

Iste Canon cōcedit Fundatori Ecclesie jus presentandi.

CA-

I N D E X

C A S U S I V.

A R G U M E N T U M .

- 32 Patronus, qui post datum mandatum procuræ ad præsentandum, donat alicui Juspatronatus, per hujusmodi donationem non censetur revocare mandatum procuræ. pag.158.

C A S U S V.

A R G U M E N T U M .

- 33 Præsentatio facta cum pactis, & conditionibus contrariis dispositioni juris est illicita, & simoniaca. Renunciatio facta in manibus Patroni Laici est nulla. pag.158.

C A S U S VI.

A R G U M E N T U M .

- 34 Spectante Jurepatronatus ad Communitatem, à quibus fieri debeat præsentatio? pag.160.

C A S U S VII.

A R G U M E N T U M .

- 35 Ad validitatem præsentationis spectantis ad Communitatem, quæ requirantur? pag.165.

C A S U S VIII.

A R G U M E N T U M .

- 36 An possessio dignitatis, cui est annexum Juspatronatus malitiosè impedita, habeatur pro capta in ordine ad præsentandum? pag.177.

C A S U S IX.

A R G U M E N T U M .

- 37 Uno ex Patronis non præsentante, cæteris præsentantibus vox illius, favore cujus augeatur. pag.178.

C A S U S X.

A R G U M E N T U M .

- 39 Ad validam præsentationem personæ ad dignitates in Cathedralibus, aut Collegiatis, quid requiritur? Et de requisitis in promovendo ad hujusmodi dignitates. pag.181.

C A S U S XI.

A R G U M E N T U M .

- 40 An Patronus possit præsentare ad beneficium vacans eum, qui est irregularis ex homicidio. Et varia de irregularitate hinc pertractantur? pag.186.

C A S U S XII.

A R G U M E N T U M .

- 41 Præsentatio Eunuchi, seu Castrati ad Beneficium, an sit valida; Et qui possint, & qui non possint præsentari ad Beneficia de Jurepatronatus? pag.199.

C A S U S XIII.

A R G U M E N T U M .

- 42 Præsentatio facta de Laico est nulla, etiam si Laicus petat postea Clericari; Clericatus namque requiritur de tempore præsentationis. pag.201.

C A S U S XIV.

A R G U M E N T U M .

- 43 Præsentatio facta de Regulari ad Ecclesiam, seu Beneficium Sæculare, an sit nulla. pag.214.

C A S U S XV.

A R G U M E N T U M .

- 44 Stante Privilegio Pontificis, quod Beneficia conferantur solis personis oriundis alicujus Civitatis, & non alienigenis; An in Beneficiis patronatus possint alienigenæ præsentari? pag.221.

C A S U S XVI.

A R G U M E N T U M .

- 45 An Patronus de consensu Episcopi possit præsentare ad Beneficium eum, qui non habet omnes qualitates in fundatione appositæ? pag.222.

C A S U S XVII.

A R G U M E N T U M .

- 46 Reservato Jurepatronatus passivo favore Parochianorum Parochiæ A an

ARGUMENTORUM.

an præsentatio ad Beneficium facta de eo; qui se transtulit ad habitandum in dicta Parochia absque translatione domicilii sustineatur? pag.223.

CASUS XVIII.

ARGUMENTUM.

47 Reservato Jurepatronatus passivo favore Civium alicujus Civitatis, an præsentatio facta de Clerico Territoriali in concursu Clerici Civitatenfis sustineatur? pag.236.

CASUS XIX.

ARGUMENTUM.

48 In casu, quo Juspatronatus spectet

ad infantem, & pupillum; Præsentatio, ad quem spectet? p.244

CASUS XX.

ARGUMENTUM.

49 Patronus an possit præsentare ad Ecclesiam Parochialem Clericum simpliciter tonsuratum, & qui non sit nec in sacris, nec in minoribus ordinibus constitutus? p.245.

CASUS XXI.

ARGUMENTUM.

50 In quibus casibus valida sit Institutio facta ab Ordinario absque præsentatione. pag.249.

CANON VI.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

51 Ecclesia ut sit, & dicatur Collegiata, quid requiratur? pag.251.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

52 Cappellania an, & quando erigi possit in titulum beneficii, & erecta in titulum beneficii, an Cappellanus indigeat nova præsentatione ad effectum retinendi illam sic erectam, & commutatam in beneficium Ecclesiasticum? Et an fieri possit præsentatio ad beneficium erigendum? pag.252.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

53 Cappellania erecta in beneficium Ecclesiasticum ab Ordinario, an ad instantiam Fundatoris asserentis, post dictam erectionem, se non habuisse intentionem fundandi Beneficium Ecclesiasticum possit reddi, & restitui in Cappellaniam merè Laicalem? pag.259.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

54 Patronus an, & in quibus casibus possit instare apud Superiorem pro translatione Cappellaniæ merè Laicalis de loco ad locum? pag.261.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

55 Episcopus an possit erigere novum Canonicatum ex fructibus super excresecantibus in Ecclesia Collegiata de Jurepatronatus Laicali absque consensu Patroni; Et an Patrono respectu Canonicatus noviter erecti competere possit Juspatronatus, & hoc, cujus naturæ erit Ecclesiasticæ, ne, an Laicalis? pag.263.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

56 Erecto novo Canonicatu in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata, cum admissione novi Canonici ad stallum in choro, vocem in capitulo, & distributiones ordinarias, & cum reservatione Jurispatronatus an huic debeantur distributiones tam ordinariæ, quàm extraordinariæ, itaut Patronus instare possit apud capitulum, ut ejus præsentato, & instituto in dicto Canonicatu concedantur etiam distributiones extraordinariæ? pag.269.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

57 Rector beneficii Patronalis, an possit repudiare legatum factum fa-

Iste Canon disponit, quod Episcopus, invito Patrono, non possit de Ecclesia simpliciter facere Monasterium, seu Ecclesiam Collegiatam.

VO-

A R G U M E N T U M

vore ejusdem beneficii absque consensu Patroni, & an fundans Cappellaniam assignando pro ejus dote certa bona, & sub cer-

to modo, hoc non servato possit ejusdem Cappellaniae fundationem revocare? pag. 277.

Iste Canon disponit, quod juspatronatus titulo permutationis in alium transferri possit.

CANON VII.

CASUS UNICUS.

ARGUMENTUM.

§ Juspatronatus Gentilitium an permutari possit cum Jurepatronatus

hereditario, & an in permutatione juriuspatronatus necessarius sit consensus, sive auctoritas legitimi Superioris? pag. 290.

CANON VI.

CASUS VII.

